



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum XXIX. Pastoralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

490 Decret. Greg. Lib. III. Tit. XXXVIII. Cap. XXIX.

Iaria, sive Laicorum & privata, ita etiam
æquum est plus juris eos habere in Patro-
natum, qui ex Ecclesiasticis bonis, quam in
Patronatum, qui ex secularibus patrimonia-
libus, seu privatis bonis originem trahit.
Veruntamen si Laico ex speciali privilegio,
aut consuetudine competat præsentare ad
beneficia, quæ secundum originem Eccle-
siastici Patronatus sunt, ei derogari posse,
ex communī docet Covar. in pract. quæst.
c. 36 n. 5.

2. Notandum secundum. Clerici quoad
bona patrimonialia & propria reputantur,
ut Laici, uti Abb. hic n. 5. quod intelligi
debet in ordine ad Prælatos Ecclesiasticos,
ipsimque Romanum Pontificem, ut non
plus juris in ea habere censematur, quam
secularis in bona subditorum Laicorum,
prout Innoc. & alij docent in c. quæ in Ec-
clesiarum de confit. quamobrem etiam jus
Patronatus, quod ortum habet ex bonis
Clerici patrimonialibus, ut Laicum reputa-
tur. Ecclesiasticum verò dicitur jus Pa-
tronatus, quod ex bonis Ecclesiæ originem
sumplit, ut etiam colligitur ex hoc.

CAPITULUM XXXIX.

Pastoralis.

P A R A P H R A S I S.

Rescribit Pontifex, si Episcopus Cleri-
cum præsentatum non acceptavit, & Pa-
tronus alium præsentavit, institutionem
secundi validam esse: provideri tamen
debere primo, si malitiosè fuit rejectus.

S U M M A R I U M .

*Quandonam præsentatus censematur ma-
litiosè rejectus?*

Notandum. Si Laicus Patronus succe-
sivè duos Clericos præsentet, melior
est condicio ejus, qui ab Episcopo institu-
tus est, et si posteriore loco præsentatus
fuerit: quare in hoc casu alteri, qui priùs
est præsentatus, jus appellandi, aut quære-

landi non datur. Habetur etiam in
Quod autem s. hoc tit.

Limitari debet, si institutio posteriori
ab Episcopo ex malitia fiat, petere potest
qui prior præsentatus fuit, ut sibi aliud be-
neficium competens prædictetur. Cen-
tetur autem malitiosè egredi Episcopus prius.
Si prius præsentatum ante præsentationem
secundi sine justa causa repulit, videlicet
sine examine, aut cum in examine idoneu-
repertus esset. Secundò. Si post præsen-
tationem secundi prius præsentato, tandem
magis idoneus esset, prædictus, & infra
secundum. arg. cult. dif. o. c. c. 24. hoc tit. unde requiratur posterio-
rem æquè esse idoneum, ut institui possit:
itaque si prior magis sit idoneus, quodam
instituere poterit, & petere, ut aliud sit
beneficium detur ex Canonis hujus prædi-
tionis.

C A P I T U L U M X X X X .

Postulasti.

P A R A P H R A S I S.

Ad dubitationem Episcopi Aurientis refon-
det Pontifex, si quis præsentante Redice
Ecclesiæ ordinatus sit ad titulum illius
Ecclesiæ, nullum per ejusmodi inunda-
tionem præjudicium generi Patroni,
qui possit vacante Ecclesiæ alium po-
tentare, nisi in intitulationem asser-
ferit.

S U M M A R I U M .

1. *Parochus potest ad titulum sui Ecclesie Parochialis ordinandum, si Epis-
copo offerre, etiam si Ecclesia illa pat-
nara sit.*
2. *Nullus tamen exinde prejudicium
Patrono generatur, si conuenientem
non præsisterit.*

Notandum primum. Redic Ecclesiæ
Parochialis sive Parochus potest ad
titulum parochialis sui beneficij, etiam si Pe-